



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

4. Securitas à Muro Spei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

exitum non differat: curate munire votis calcaneum nudum  
meritis. Idem docet nos in precibus suis Ecclesia, quæ sic  
orat (a) Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra actione confi-  
dimus: Et, (b) Vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis  
succurre præsidis. Denique in Canone Missæ: Intra quorum  
nos consortium non estimator meriti, sed venie quæsumus largitor  
admitte.

(a) Dom. Sexag. (b) Dom. Advent. Secreta.

## ARTICULUS IV.

### SECVRITAS

#### *A Muro Spei.*

SPÆI Parietem, qui & Murus est, si in anima nostra  
extruamus, securi ab omni adversariorum incursum  
prævalente erimus. Quis enim non sit securus, quem  
cingit undequaque Murus, ex ære, lapide, latere ita  
compactus, ut nullius extranea vi, modò illum iniquili-  
nus conservare velit perrumpi possit? Ita meritò exclamauit cantando Psalmes Regius: (a) In Domino sperans non  
informabor. Et, (b) Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion,  
non commovebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Montes  
in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi sui. Hoc est mu-  
nimentū fidelium. In silentio & Spe fortitudo vestra, inquit  
Propheta. (c) Beati omnes qui expectant Dominum:  
nimirum, inclusi sunt in loco tutissimo, in quem nulla  
potest irrumpere adversitas, nulla prædominari hosti-  
litas. Egregiè S. Hieronymus, idcirco quos fidei suæ  
commisso erudiebat, intra Spei munimentum, ut se

L 1 3

inclusi

(a) Psal. xxv. (b) Ps. cxxiv. 1. (c) Isaiae xxx. 15.

includerent, & detinerent hortabatur. Similiter S. Gregorius, cuius est ista præclara sententia hom. xvii. in Ezechielem: *Spes cœlestium mentem solidat, ne concutiatur fluctibus tumultuum terrenorum.* De qua & per Paulum dicitur ad Hebr. vi. *Quam sicut anchoram habemus anima tuam ac firmam Alibi idem Magnus Papa: Spes in aeternitatem unum erigit, & idcirco nulla mala exterius que tolerat, semper.*

Hoc cincti Muro intrepidè hostes suos proritabant fortissimi Christi pugiles, neque Martyres solum, sed illi quoque, qui super misericordiæ divinæ fulcimentum, operum bonorum molem, in eremo, & monasteriorum claustris exercent. Ex iis Paulus Eremitarum primi morti propinquus dicebat, Hieronymo teste, *Peradversum supereft mihi Corona justitia.* Et Hilarion sylvicula, in semet animabat: *Egredere anima mea, egredere, quid times? Septuaginta propè annis servisti Christo, & mortem times?* Magis animosè Martinus, qui jam jam migratus magna fiducia dicebat astanti Diabolo. *Quid hic adstas cruentatio? nihil in me funesti reperies: Abraham me finis excipiet.* Et panconfidentia vir Seraphicus Franciscus, cuius extrema verba tuisse refert S. Bonaventura: *Educ de custodia animam meam ad confitendum namini tuo. Me expectant justi, die nec retribuas mihi.*

## ARTICVLVS V.

## ANACEPHALÆOSIS

*Architecturam Parietis-Spei ob oculis ponens.*

**A**VDISTIS ad Spei-Parietem construendum convivite Deum, ut Principem Architectum, homines,